Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.
Wien, 1802 Seite 2131
Quelle:
Copyright:

lamo ſcriptus et rubrcis permixtus eſt *Breviarii Rom.* Pars prior ſive *hiemalis*, pertingens a *Dominica I. Adventus* uſque ad *Sabbatum ſanctum*, ita, ut primas teneat Officium de Tempore, *fol.* vero 205. ſequatur Officium de Sanctis in particulari et communi, demum *Hymnarium* de Tempore extremum ſit. Praeit Modus ordinandi Officium, in quamcunque Hebdomadae diem *Vigilia Natalis Domini* inciderit. Ceterum nihil occurrit, quod notari mereretur, ne quidem, ad quam Patriam, aut Eccleſiam referri Codex poſſit.

DCCCLXXXVIII.

R. 354 Codex membraneus germ. Sec. XV. Folior. 233. f. max. charactere luculento atro perſcriptus, coloribus illuſtratus et fronte deaurata et picturata totum Chori officium, quod vulgo *Breviarium* dicimus, complectitur, uſui, ut videtur, ſacri cujusdam Collegii Virginum ſubſerviens. Praeit Calendarium, in quo Epiphania *der Prechem tag*, Adſumtio B. V. M. *Vunſer Frawen ſchidung* adpellatur, Feſta duplicia primae claſſis *Groſse Hochtzeit*, ſecundae vero *Mittre Hochtzeit* audiunt; 24. Apr. *Sandt Jörg martrer*, et 11. Dec. *Erhebung Sand Jörg* duplicia primae claſſis ſunt, *Domitianus*, et *Vitus* cum *Modeſto* et *Creſcentia*, item *Rupertus*, ejusque *Translatio* minio inſigniuntur. Atque haec ad D. *Georgii* Parthenonem in inferiore *Carinthia* ad *longum Lacum* ſitum O. S. B. nunc abolitum ducerent, niſi Inſignia hujus Parthenonis, quae in *Valvaſorii Topographia Archiduc. Carinth.* p. 60. exhibentur, prorſus abluderent ab iis, quae in fronte Codicis noſtri viſuntur tribus Scutis conſtantia, quorum ſuperius et majus Crucem rubram in area alba florulenta, ex inferioribus minoribus dextrum Monachae nigrae πεοτομην in rubra area refert; ſiniſtrum vero quadrifariam ſectum nigrum eſt ſolo quadro ſuperiore dextro albo. Breviarium porro ita comparatum eſt, ut primum habeantur Officia de Tempore per anni circulum, dein eadem ratione de propriis Sanctorum Feſtis, tum de Communi SS. Hymni vero totius anni coronidem imponant. Traductionis ſpecimen dabo e *fol.* 157. ubi *Lect.* 1. de Conceptu B. V. M. ejus ab originali labe immunitas ita docetur: *Es iſt halt etwas wunderleicher an got, das ſy heilige iſt emphangen. wenn das ſy heilige iſt geporen. Wenn an* (praeter) *ſey ſind all menſchen emphangen chinder des zornes. Aber an ſey ſind auch ettleich heilig geporen. Davon iſt pilleich das von einem yeglichen glaubigen die hochtzeit* (Feſtum) *werd wirdigkleich gehalten damit der menſch verdient, das er nicht vngeert wirt in ſeim ſtand. Dauon werden vngeert all die aus plindigkait des vnwiſſen die heilig hochtzeit nicht löbleichen erent. In der vns getzaigt iſt der ſpiegel der heilig machung vnnſer ſel. In dem als der beſchaffer aller ding hewt hat beſchaffen die ſeel*

ſeiner